



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XII. Qualiter Matutinorum solennitas agatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

*Quomodo matutinorum solennitas agatur.*

C A P. XII.

**I**N Matutinis Dominico die in primis dicatur sexagesimus sextus Psalmus sine Antiphona in directum. Post quem dicatur quinquagesimus cum alleluia. Post quem dicatur ceterisimus septimus decimus: & sexagesimus secundus. Inde benedictiones & laudes: lectio vna de Apocalypsi ex corde, & Responsorium, & Ambrosianum: versus, canticum de Euangelio, Litaniam: & completum est.

*Qualiter priuatis diebus Matutini agantur.*

C A P. XIII.

**D**iebus autem priuatis Matutinorum solennitas ita agatur, vt sexagesimus sextus Psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modicè sicut in Dominica: vt omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur. Post quem alij duo psalmi dicantur secundum consuetudinem: id est, secunda feria quintus & tricesimus quintus. Tertia feria, quadragesimus secundus & quinquagesimus sextus. Quarta feria, sexagesimus tertius & sexagesimus quartus. Quinta feria, octogesimus septimus & octogesimus nonus. Sexta feria, septuagesimus quintus, & nonagesimus primus. Sabbato autem, centesimus quadragesimus secundus, & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glo-